



REVERENDO PATRI AC DOMINO,

Dn. I O H A N N I,
LINCOLNIENSI PRÆSVLI
DIGNISSIMO, MAGNI SIGILLI ANGLIÆ
CvSTODI VIGILANTISSIMO, ET REGIÆ Ma-
iestati à Sanctioribus Consiliis;

CONSILIARIO PRUDENTIASSIMO.



Ec eminentis honoris vestri dignitas magniue aut loci
aut officii nitoris titulus , vtpote quæ momentanea
sunt, ac Principis placito durare assolent; nec vestra erga
pauperes iustitiam exorantes pietas atque humanitas,
nec inexpectatum illud in te de rebus publicis politiæ
munus(loci ac dignitatis huiuscce viro in primis, tanquā
certissimum regni columen atque sustentaculum , conueniens & con-
sentaneum) nec denique diuina illa iustitiæ virtus, quæ apud te in æquili-
brio habetur, trutinisque iustis cuilibet iuxta suum ius (iniuria in exilium
relegata) liberaliter dispensatur, & mensura recta distribuitur, nullum(in-
quam) horum munorum tibi diuinitus concessorum (Pater Reuerendissime,
Præses in sublimioribus negotiis versatissime) est dedicationis istius
meæ occasio, quippe quæ præcellenti cuilibet cancellario , magni sigilli
custodi, & præsidio, ex officio in conspectu Reipublicæ (licet non sem-
per hoc accidat) adesse debent: Sed duæ in primis cordi & Naturæ vestræ
adhuc propinquiores me virginis virtutes, suadentque, vt opera hæc mea
& lucubrationes hasce mihi charissimas multoque labore partas domina-
tioni ac dignitati vestræ ante omnes dedicare, atq; in eam libenter luben-
ter conferre iam insistam : Quarum quidem ordine prior est alma tua in
scientiarum incremento & exaltatione charitas, voluntariusq; & minime
coactus erga studiosos amor, quem acuta calami veritatis alis innitentis
argutia, tanquam gestus& actus tuos fœlices, æternæ posteritatis memo-
riæ recondendo, nunquam satis describere aut explicare possumus; atque
hunc tuum erga omnes literatos Zelum gemini eius partus, binos iam

):(3

olim